



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

4. Qui sint effectus dilationum? quâ formâ dilationes conferendae?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Et ideo lapsō termino, non prorogatio
 sed novus terminus seu nova dilatio pe-
 tenda est, eâq; ex causâ duntaxat conce-
 denda: dicitur autem nova dilatio cū
 finito prior termino alia datur. Non de-
 bet autem prorogatio maior esse dilatio-
 ne v. g. dilatio ad mensem, & prorogatio
 ad duos menses; quia surrogatum fortis-
 simo debet naturam eius, cui surrogatur. *Menoch: lib: 2. casu 52.* Tempora pro-
 dilationum non interrupta sint oportet
 sed continua *Gl: in L. 2. ff. de divers: & tem-
 poral: præscript: ita ut comprehendantur*
 dies tam feriati & solemnes, quam non
 feriati, adeò, ut ne repentinis feriis inter-
 polentur: nisi quòd his supervenientibus,
 beneficio restitutionis, iis subducuntur
 alii totidem dies surrogantur. *L. sed et si
 feria ff. ex quibus causis maiores.* De effectibus
 dilationum, si inquiras. Dico dilatio-
 nem excusare à pœnâ ac morâ, eâq; de-
 rante Judicis officium acquiescere, ni-
 hilq; super articulo, super quo data est di-
 latio, validè innovari aut agi posse. *cap. 1.
 & cap. præterea h. t. L. 3. C. eod: Calvol: in pr.
 xi. §. dilatio conclus: 6. n. 2.* Secus dicendum

si super alio articulo data fuerit dilatio: neq; enim conquiescit Judicis officium dilatione pendente: sicut nec finitâ causâ dilationis, quia eâ finitâ immediatè finitur dilatio: ut si fuerit alicui data dilatio ro- dierum ad comparendum, & citat° com- paruerit statim primâ die, illa dilatio per- emptâ est, & nullatenus conquiescit Judi- cis officium. *Calvol. loco cit. n. 3. & 4.* Alter dilationis effectus est, quòd ubi terminus eius advenit, regulariter vim habeat sen- tentiæ interlocutoriæ. *L. qualem ff. de rece- ptis arbit. & perimat actum, qui in assigna- to dilationis termino fieri debuit: ita ut pars postea comparens amplius super eâ- dem re, nisi ex gravi causa audiri non de- beat. L. 1. & ult. ff. de feriis.* Quâ formâ ve- rò dilationes conferantur. *Vide Tholos: lib. 48. cap. 8. n. 17. & seq.*

TITULUS. IX.

DE FERIIS.

C A S U S.

PRætoris taurus cornupeta in pau- perculi cuiusdam Rustici pascua

H tran-